



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 112. Blesensis Urbs a Calvinistis capta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

pias suas contrahunt ad Blesensem ur- Sæcul. XVI.  
bem, cui se Richelius nuper cum suis A.C. 1567.  
incluserat.

§. CXII.

*Blesensis urbs a Calvinistis capta.*

Postea Vascones, & Provinciales co- Popel. l. c.

piæ primo impetu ceperunt Car-  
notensis portæ suburbia, ubi mox iuxta  
eam ruina octodecim passuum edita, ac  
Richelius urbem dedere jussus est: cùm  
vero is id recusaret, missi sub noctem,  
qui eam propius contemplarentur, sed  
animadverso facilem quidem extrorsum  
accessum, sed introrsum descendantibus  
difficultatem subesse, translata sunt tor-  
menta ad eam portam, quæ Turo-  
nes respicit, ibique edita spatiōiore,  
quam antea, ruina, Richelius collo-  
quium poscit, & post longas alterca-  
tiones re ultro, citroque disceptata,  
tandem convenit, ut urbs tradita a  
præda immunis esset, & præsidarii vi-  
ta salva cum armis, & impedimentis  
dimitterentur: nihilominus violata pa-  
ctorum fide plurium ædes a Calvini-  
stis spoliabantur, quamvis Belliduces  
promissas conditiones adimplere adla-  
borarent, verum difficile erat lascivien-  
tem militem cohibere, præcipue cum  
in hoc hæreticorum exercitu militaris  
disciplina penitus soluta esset, nec inte-

Hist. Eccles. Tom. XLVIII. O gra

**Sæcul. XVI.** gra imperii auctoritas penes Belliduc  
A.C. 1567. remaneret.

§. CXIII.

*Carnutum a Principe Condæo Bel-siam delato obseßum.*

*Mem. de Ca-stell. l. 6. c.*

*91. Thu. l. 42.*

**C**apta hac urbe fœderati Calviniste procedunt Richardi - montem, quod est oppidum ad Carim juxta Cenoncel-las situm: cui dum vim facere cog-tant, a Condæo Princeps, qui in Bel-siam Carnutum obseffurus descenderat, revocati protinus discedunt, ut cum eo se conjungerent.

Proditio hoc consilio mox Joannes Lignerius Eques, ac magni nominis Dux cum quinque peditum signis, & duabus Equitum aliis, quas Carnius, & Rancius ducebant, Carnutum a Rego mittebatur, qui etiam a civibus in ur-bem receptus est quinto circiter die, priusquam hostiles copiæ adventassent. Paulopost Ardelesius pariter cum suis copiis urbem ingrediebatur, die autem vigesima tertia Februarii, necnon alte-ra die Condæus Princeps itinere nun-quam interrupto, consecutisque viginti leucis regios milites inopina vi obru-turus Carnutum venit, illudque ciuxit primo equidem suburbia, necnon do-mos fossis vicinas occupabat; eas enim cives hostium adventu, metuque præ-pediti